Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26339
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ante eos. Et resplenduit facies eius sicut
sol. uestimenta autem eius facta sunt alba
sicut nix. Et ecce apparuit illis moyses
& helias cum eo loquentes. Respondens
autem petrus dixit ad ihm. Dne. bonum
est nos hic esse. Si uis faciamus hic tria
tabernacula. tibi unum & moysi unum.
& heliae unum. Adhuc eo loquente.
ecce nubes lucida obumbrauit eos. Et ecce
uox de nube dicens. Hic est filius meus
dilectus. in quo mihi bene complacui.
ipsum audite. Et audientes discipuli.
ceciderunt in faciem suam. & timuerunt
ualde. Et accessit ihc & tetigit eos. dixitq;
eis. Surgite. & nolite timere. Leuantes
autem oculos suos. neminem uiderunt.
nisi solum ihm. Et descendentib; illis de
monte. precepit ihc dicens. Nemini dixe
ritis uisionem. donec filius hominis